# SIGLA CODICVM

## QVI IN HOC VOLVMINE ADHIBENTVR.

| | |
|---|---|
| $B^A$ | fons codicum G (et PE fortasse) et correctionum $H^2L^3$. |
| Bamb. | codex Bambergensis M. V. 18, saec. $X^i$.—$XI^i$. |
| $C^A$ | fons codicum Paris. 7666, Lugd., Bamb., Turic. |
| $D^A$ | fons codicum Paris. 7665, Montepess., Oxon. |
| E | codex Escorialensis M. III 14, saec. $X^i$. |
| F | codex Florentinus (Laur. XLVIII, 1), saec. $IX^i$. |
| G | codex Gudianus (Wolfenbuettel. 96), saec. $X^i$. |
| H | codex Harleianus (Mus. Britann. 2719), saec. $IX^i$.—$X^i$. |
| L | codex Lugdunensis (Voss. lat. fol. 73), saec. $IX^i$. |
| Lugd. | codex Lugdunensis (Voss. $4^{to}$. 116), saec. $X^i$.—$XI^i$. |
| Montepess. | codex Montepessulanus (212), saec. $IX^i$.—$X^i$. |
| Oxon. | codex Oxoniensis (Bibl. Bodl., Canon. Class. Lat. 279), saec. $X^i$. |
| P | codex Parisinus (lat. 7667), saec. $X^i$. |
| Paris. 7665 | codex Parisinus (lat. 7665), saec. $X^i$. |
| Paris. 7666 | codex Parisinus (lat. 7666), saec. $X^i$. |
| Turic. | fragmentum Turicense (C 79b), saec. $X^i$. |
| $\Sigma$ | codices recentiores vel aliquot vel plerique. |

# NONI MARCELLI

## PERIPATETICI TVBVRSICENSIS

## DE CONPENDIOSA DOCTRINA

## [PER LITTERAS] AD FILIVM

2 -TICVS *DΔ* || TVBVRGICENSIS (TIB-, -VRC-). *de nomine, cuius usitata forma* Thub-, *vid. C. I. L. VIII, p. 489* || 4 PER LITT. *om. Ald.* (cf. Class. Rev. XVI, 46). *Deest titulus in L Gen. B.*

# *INDEX LIBRORVM.*

I. De proprietate sermonum.
II. De [in]honestis et nove veterum dictis per litteras.
III. De indiscretis generibus per litteras.
IV. De varia significatione sermonum per litteras.
V. De differentia similium significationum.
VI. De inpropriis.
VII. De contrariis generibus verborum.
VIII. De mutata declinatione.
IX. De numeris et casibus.
X. De mutatis coniugationibus.
XI. De indiscretis adverbiis.
XII. De doctorum indagine.
XIII. De genere navigiorum.
XIV. De genere vestimentorum.
XV. De genere vasorum vel poculorum.
XVI. De genere calciamentorum.
XVII. De coloribus.
XVIII. De generibus ciborum vel potionum.
XIX. De genere armorum.
XX. De propinquitatum vocabulis [et partu].

**II** *Vide ad init. libri II.* || **II—IV** per litt. *fort. secludend. Vide* '*Non. Marc.*' *p. 90; Class. Rev. XVI, 46. Sed totus hic index suspectus* || **VIII** De mutatis declinationibus *Mu.* || **XIII—XVI; XIX** De generibus *Mu.* || **XX** et partu *om. L* || *Indicem, quem exhibent L* (*cum F*[1]) *PE, del. F*[3].

ISTITUTO DI FILOLOGIA LATINA E MEDIOEVALE * FACOLTÀ DI MAGISTERO Università di Bologna

# I.

1. 2 Merc.

## DE PROPRIETATE SERMONVM.

SENIVM est taedium et odium: dictum a senectute, quod senes omnibus odio sint et taedio. Caecilius in Ephesione (28):

tum ín senectute hoc députo misérrimum,
sentíre ea aetate éum ipsum esse odiosum álteri.

nam aetatem malam senectutem veteres dixerunt.

Plautus Menaechmis (756):

cónsitús súm,
senéctúte, onústúm geró córpu'; vírés
relíquére. ut áétás mala ést mérs, mala est érgó.

Accius Amphitryone (85):

an mála aetate mávis male mulcári exemplis ómnibus?

Turpilius Philopatro (175):

miserúm puto, si etiam ístuc ad malam aétatem accessít mali.

Pacuvius Periboea (277):

parum ést quod te aetas mále habet, ni etiam hic ád malam ||
aetátem adiungas crúciatum reticéntia?

---

*Codd. excerpt. habent*: 1—10 DE—aetas mala est.

---

3 Hephaestione *Iun. in elencho auctorum* || 5 eum se (se, *om.* eum) *codd. Cic. de Sen. 25* (*pro* eumpse): *fort.* eumpsum || 10 (ut—est ergo) *cf. 192. 21* || mala ergost *codd. Pl.* || 12 malán aet. (*del.* an) *Mu.*: án mala | aetáte te mav. *On.*: an mavís mala | aetáte male *Nettl.* || 14 *vel* miserúm puto, | si etiam íst. || 16 hic $F^3$ $B^A$ $C^A$: *om.* *L*: hunc *vel* huc *Ribb.* || 1 reticentia $L^1$: reticenti (*seq.* a) *rell.*: reticentiae(?) *Ribb.*

2 M.

Afranius Vopisco (378):

si póssent homines délenimentís capi,
omnés haberent núnc amatorés anus.
aetás et corpus ténerum et morigerátio,
haec súnt venena fórmosarum múlierum:
mala aétas nulla délenimenta ínvenit.

bonam aetatem quoque dicimus adulescentiam vel iuventutem. M. Tullius de Senectute (48): 'quodsi ipsis voluptatibus bona aetas fruitur libentius, primum parvulis fruitur rebus'. — nam prudentissime noster Maro diei partes primas, quasi eius aetatem puberem, meliorem dixit IX libro (156):

nunc adeo, melior quoniam pars acta diei est.

senium ipsum positum sic. Titinius Veliterna (147):

quot pestis senia et iurgia sesemet † diebus emigrarunt!

Novius Gallinaria (37):

. . operaeque, áctor, cantor, cúrsor, senium sónticum!

Accius Epinausimache (316):

mórs amici súbigit, quod mi est sénium multo acérrimum.

Pomponius Praecone Posteriore (135):

cálve, adportas núntium
nóbis disparém, divisum: huíc seni senium ét metum.

---

3—10 Afr. si — libentius; 11—13 nam prud. — est.

---

7 multa *Quich.*[1], *Madv.* || 9 q. istis ipsis *Cic.* || 12 (partem *Bamb.*[1]) || 15 (emigrarent *F*) || emigrárunt semet aédibus *Ribb.*[1]: his semul ém. aéd. *Ribb.*[2]: semét diebus hísce | foras ém. *Mu.*: *fort.* . q. p. sén. et i. sése ex aedibús [e]migrarunt || 17 (auctor *G*[1]) || 19 subicit *L*[1] || 22 diversum *Quich.*

Lucilius Satyrarum lib. XV (11):

in numero quorum nunc primu' Trebelliu' multost
Luciu'; nam arcessit febris, senium, vomitum, pus.

Turpilius Demiurgo (41):

. . quia enim odio ac sénio mi hae sunt núptiae. ||

Pacuvius Periboea (301):

. . metus, egéstas, maeror, sénium, exiliumque ét senectus.

VELITATIO dicitur levis contentio: dicta ex congressione velitum. Plautus Asinaria (307):

vérbis velitátionem fíeri conpendí volo.

idem Menaechmis (778):

néscioquid vos vélitati éstis inter vós duo.

Turpilius Lindia (145):

conpérce verbis vélitare; ad rém redi.

Afranius Privigno (266):

. . interea vérba iactare ét labris
intér se velitári, velificárier.

Caecilius Pausimacho (140a): † leat * * *

*PHRYGIONES* * * * hoc Vergilius probat in lib. IX (614):

vobis picta croco et fulgenti murice vestis;

---

3—4 Vel.—vel.; 7—9 Pl. nesc.—redi.

---

**24. 25** primum $C^A$ || trebelleis $L^1$ || multos titos lucios: *corr. Lachm. comm. Lucr. p. 66.* || nam (*Lachm.*) arcessit *Mu.*: narcessibai $LC^A$: narcesibai $B^A$ (*fuerat in archetypo* n̄arceb$^{ssi}$at): νάρκη . . . *On.* (*e. g.* narcas scire) || plus: *corr. Ald.* || **5** verbivel. *Meursius* || **9** velitari *Iun.* || **12** velit., vellicarier *Gerlach* || **13** *Inter* Pausimacho *et* leat (lateat *Bamb. Lugd.*) *stant 406. 12* (-mum int.) — *409. 15* (nascitur), *transposito archetypi folio: corr. Σ Me.* || *Ante* hoc *lacunam quattuor linearum sign. B* $^A$. *Credo membranula, qua folium insertum ad summam sequentis folii marginem affixum erat, eas obscuratas esse.*

3. 4 M.

item in eodem IX (617):

o vere Phrygiae, neque enim Phryges!

Titinius Barbato (4):

. . . . Phrygió fui primó beneque id opu' scívi;
relíqui acus aciásque ero atque eraé nostrae . . .

Plautus Menaechmis (469):

pallam ád phrygionem fért confecto prándio.

Varro Cosmotoryne, περὶ φϑορᾶς κόσμου (228):

Phrygio qui pulvinar poterat pingere soliar † devigebat.

HOSTIMENTVM est aequamentum: unde et hostes dicti sunt, qui ex aequa causa pugnam ineunt. Plautus in Asinaria (172):

par pari hostimentum datum est, opera pro pecunia.

unde et hostire dicitur. idem in eadem (377):

quin prómitto, inquam, hostíre contra, ut mémineris;

id est, aequa reddere. ||

TOLVTIM dicitur quasi volutim vel volubiliter. Plautus Asinaria (706):

demam hércle iam de hórdeo, tolútim ni badízas.

Novius Gallinaria (38):

ó pestifera Pónticûm, fera, trúx tolutiloquéntia!

id est, volubilis locutio. Idem Macco Exule (48):

ém, díxi itúrum hóminem in Túscós tolútím.

---

26—1 Host.—volub.; 4—5 Nevius o—loc.

---

17 in eodem nono *secl. Mu. in append.* || 20 Ph. f. p. *om.* $L^1$ || civi (*praec.* s) $C^A$ || 21 atque re: *corr. ed. princ.* || 22—23 *cf. 537.32* || 25 defugiebat *Mu.*, *qui anapaestos instit. Potest etiam de troch. cogitari et de verbis* deviere, deungere, denegare, *etc. fort.* s. deae . . || 27 (Pl.)—28 *cf. 529.1* || 28 datum hostimentumst *codd. Pl.* est *om. codd. 529* || 30 merueris *codd. Pl.* || 4 pontica fera $F^3LB^A$: portentifera *vel* portentifica *Ribb.*: sontica fera *Gulielm.* || 6 est $LC^A$ (*pro* ē, *i. e.* em *vel* est).

item Lucilius Satyrarum lib. VIII (13):

si omne iter evadit stadiumque acclive tolutim.

idem (inc. 79):

velle tolutim hic semper *et* incepturu' videtur.

Varro Trihodite Tripylio, *περὶ ἀρετῆς κτήσεως* (559):

séd ut ecu', qui ad vehéndum est natus, támen hic traditúr magistro,
út equiso doceát tolutim.

Pomponius Decuma Fullonis (40):

ét ubi insilui in cóleatum éculeum, ibi tolútim tortor.

Varro Agathone (9):

haec postquam dixit, cedit citu' celsu' tolutim.

CAPVLVM dicitur quicquid aliam rem intra se capit. nam sarcophagum, id est sepulchrum, c a p u l u m dici veteres volunt, quod corpora capiat. Plautus Asinaria, dicens de sene (892):

périi, misera! ut aúsculatur cárnifex, capulí decus!

idem Milite (627):

quíd ais tu? tam tíbi ego videor óppido Acherúntius?
tám capularis?

---

8 Lucilius si—tol.; 18—20 Cap.—capiat; 21 Pl. per.—decus.

---

7 idem: *secl. Havet.* || 8 omnem $L^1 B^A$ || inter $B^A$ || 10 et *add. Bouterwek. quaest. Lucil. p. 12* || 11—13 *cf. 105.29* (s. *v.* equiso) || 12 nam aut e. *codd. 105* || magistra $L C^A$ (*cum PE*) || 13 equis edoceat $C^A$ || 14—15 *cf. 105.13* (s. *v.* eculeos); *182.15* (s. *v.* tortor) || 15 coleatum *L ante corr.*: cocleatum *L ex corr.* $B^A C^A$: coleatum (cocleatum) *codd. 182*: culeratum (culenarum) *codd. 105:* cocule. *Bue.* || ibi $C^A$ (*corr. ex* ubi): ubi $L B^A$: ibi *etiam codd. 105*: ibi (ubi) *codd. 182* || 18 (aliquam *E*) || 23 ais totam: ais tu itane *codd. Pl.*: *corr. Me.* || acheruntícus *codd. Pl.*

id est, capulo proximus. Novius Pappo Praeterito (75):

dum isto ínvitabis súffragatorés, pater,
príus in capulo quam ín curuli sélla suspendés natis.

Lucilius Satyrarum lib. II (11):

quom illico vidissent Hortensiu' Postumiusque, ||
ceteri item in capulo hunc non esse aliumque cubare.

Varro Cosmotoryne, περὶ φϑορᾶς κόσμου (222):

proptér cunam capulúm positum
nutríx tradit pollíctori.

TEMVLENTA dicta est ebriosa: dicta a TEMETO, quod est vinum, quod attemtet. Plautus Aulularia (355):

. quía temeti níhil adlatum intéllego.

idem Truculento (833):

síve adeo carét temeto, támen ab ingenio ínprobust.

M. Tullius de Republica lib. IV (6): 'ita magnam habet vim disciplina verecundiae; carent temeto omnes mulieres'. — Varro Est Modus Matulae, περὶ μέϑης (113):

quis in omni vita heluo † πιοδεπς olfacit temetum?

---

29—1 Lucilius quem il.—cub.; 5—7 Temul.—intell.; 10—11 M. Tull. ita—mul.

---

25 id est $B^{\Delta}$: idem $LC^{\Delta}$ (*fuerat olim* idē, *i. e.* idem *vel* id est) || Pomponius *Ritsch. parerg. Pl. 134* || 26 istos *edd.* || 27 curculi $C^{\Delta}$ || suspendis: *corr. Me.* || 29 quem illi cum: *correxi*: quom illic *Mu.*: quem cum *Iun.*, *Havet.* || 2—4 *cf. 157. 24* (*s. v.* pollictores) || 4 pellictori $B^{\Delta}$: pellectori $F^{8} L^{1} C^{\Delta}$: pollictori *codd. 157* || 5 Tem. id est ebr. $D^{\Delta}$ || dicta (*alt.*) *secl. Mu.* || a temulento $F^{8} L^{1}$ || 6 vin. vel quod *Havet* (*Rev. Philol. XV, 61*) || 7 'quî?' 'quia' *Plaut.* || 9 inprobus (imp.) || 11 vim *ed. a. 1470*: viam || 11 carente $L^{1}$ || 13 quis] *fort.* vis (*praec.* C) || *fort.* vite || helluo *ed. a. 1470*: helio || *ΠΙΟΔΕΠCOL* facite metum $L^{1}$: *ΠΙΟΔΕΠC* olfac temetum $F^{8}$: *ΠΙΟΔΕΠC* olfacit temetum $B^{\Delta}$: *ΠΙΟΔΕΠωΛ* facit temetum $C^{\Delta}$ || *πιθοδεής* *Bue.* quis in ómní | víta héluo *πίνων δέπας* ólfacít temétúm? *Mu.* *fort.* olfacere t.

idem Modio (310):

trémodiam amphorámque eandem témeti ac farrís modum.

CINAEDI dicti sunt apud veteres saltatores vel pantomimi, *ἀπὸ τοῦ κεινεῖν σῶμα.* Plautus Aulularia (422):

ita fústibus sum móllior magi' quam úllu' cinaédus.

idem in Milite (668):

tum ád saltandum nón cinaedus málacus aeque est . . .

idem in Sticho (760):

lépidam et suavem cántionem aliquam óccupito cinaédicam;

id est, quae ad saltandum movere posset.

Lucilius Satyrarum lib. I (31):

stulte saltatum te inter venisse cinaedos.

Varro, *Ὄνος λύρας* (357):

maeréntis ut quiétus ac demíssior probándus,
*Ἀχιλλέως ἡρωικός, ἰωνικὸς κιναίδου.* ||

EXERCITVM dicitur fatigatum: dictum ab exercitio. Sallustius in Iugurtino Bello (71. 1): 'Nabdalsa exercito corpore'. — Plautus Bacchidibus (4):

quaé sodálem átque me éxércitós habét.

Lucretius II (120):

conciliis et discidiis exercita crebris.

---

16 Cin.—pant.; 22—25 Plautus lep.—cin.; 1—3 Exerc.—corp.

---

**14** Modio *om.* $B^A$ || **15** treodiam $C^A$ || (-que eadem *P*): -que eundem *Bue.*: quaerendam *Quich.* || ac farris *Bentin.*: a carris || modium: (*corr. Bamb.*$^1$) || (*post hunc v. lacunam sign. P*) || **17** *τὸ σῶμα Iun.* || in Aul. *Mu.* || **18** submollior || ullus $F^3$: mullus (*praec.* m) *rell.* || **23** possit *edd.* || **25** cinaedis (-ned-) $C^A D^A$ || **27** demissor || **2** (Sall.)—**3** (corp.) *cf. 295.5. fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 11*) || **6** ex d. $C^A$.

6 M.

Afranius Suspecta (317):

. ita ut huic ero ádulescenti, cuí suspicium † tradidit,
quí me est animi exércitus.

Vergilius lib. III (Aen. 182):

nate, Iliacis exercite fatis.

TENVS est laqueus: dictus a tendicula. Plautus Bacchidibus (792):

nunc áb transenna túrdus lumbricúm petit.
pendébit hodie púlcre: ita intendí tenus.

INLICIRE est proprie inlaqueare. Naevius Lycurgo (26):

ális sublime álios saltus
ínlicite, ubi bípedes volucres líno linquant lúmina.

PELICIS a graeco vocabulo significantiam sapientes inflexam putant, quasi pallex, hoc est ut παλλακίς. quodsi hoc non est, vana conpositio hominis videri potest.

CALVITVR dictum est frustratur: tractum a calvis mimicis, quod sint omnibus frustratui. Plautus in Casina (169):

nam úbi domí sóla súm, sopor manus cálvitúr.

Pacuvius Medo (240):

séntio, patér, te vocis cálvi similitúdine;

---

10—12 Virg.—tend.; 13—15 Plautus turdus—inlaq.; 18—22 Pel.—frustratui.

---

8 ita aut *L*[1]: fída ut *Ribb.*[1] || suspício me trád. *Ribb.*[2]: suspectum (*vel*—tam) trad. *Both.* || 9 qui mísere est *Fruter.*, *Bue.* || **10—11** *cf. 294.21* || **13** hic tu. *codd. Pl.* || **15** Inlicere: *corr. On.* || **16** subumem *L*[1]: sublimen *rell.* || altos s. inlĭcit *Bue.* || **17** liquant *L* || **18** Peliceos || **19** q. pellex *L B*[A]: q. pallax *Halm emend. Valer. p. 6* (*ut in Nonii fonte*, *Gell. IV, 3, 3*) || q. p. h. e. u. π. *secl. On.* (*Iourn. Phil. XXII, 164* || **20** Romana c. nominis (*Iun.*) *Nettl.* || **21** inimicis *C*[A]*D*[A] || **23** soror *L B*[A] || **25** calvi *F*[3]: catui *rell.*

et (241):

set quíd conspicio? núm me lactans cálvitur aetás?

Accius Eurysace (382):

sed mémet calvor. vós istum iussi ócius || abstráhite.

Lucilius Satyrarum lib. XVII (10):

"si non it, capito", inquit, "eum, et si calvitur". ergo fur dominum?

Pacuvius Duloreste (137):

me cálvitur suspício,
hóc est illud, quód fore occulte Oéax praedixit . .

Sallustius Histor. lib. III (109): 'contra ille calvi ratus'.

FRIGERE est, et FRIGVTTIRE et FRITINNIRE, sussilire cum sono vel erigi et excitari, quod quaecumque friguntur vel frigent nimio calore vel frigore, cum sono sussiliunt.

Plautus Casina (267):

. . . nam quíd friguttis? quíd istuc tam cupidé cupis?

Varro Virgula Divina (565):

ét pullós peperít fritíniéntis.

---

30—1 Accius sed—extraite; 5—6 Pac. me—occultum; 8—11 Frigere—cupis.

---

**26** et *add., ut vid., in mg.* $F^3$: *om. rell.* (*seq.* set) || **30** i., ut iussi *Ald.* || **1** extraite $D^A$ || **2. 3** endo ferte manum *Mu. post Carrion. sed vide Marx.* (*Zeitschr. oest. Gymn. 49. 1091*) || **5** me] ni *Hermann.* || **6** occultum $D^A$ || **7** contra ille *ed. a. 1470*: contrullae || **8** et fritinnire $B^A$: et feritinanire $L\,C^A$: *om.* $D^A$ || **9** exitari $L\,C^A$: exilire $B^A$: exagitari $D^A$ || **10** sussiliunt $F^3 L^1 D^A$: susussiliunt $C^A$: susum sussiliunt $B^A$ || (Frigere vel frigore vel calore cum sono siccatum exilire *index marg. in* $B^A$ *et* (Erig.) *gl.*) || **11** *cf. 308. 12* || **13** fritiniensis: *corr. Iun.*

7. 8 M.

idem Ὄνος λύρας (365):

saépe totiús theatri tíbiis, crebró flectendo,
conmútáre méntés, frigi ánimós eórúm.

DEFLOCCARE est adterere: tractum a vestibus sine flocco. Plautus Casina (967):

périi! . . flócco habebit iam íllic homo lumbós meos.

DEPEXVM dictum est laceratum. Terentius Heautontimorumeno (950):

égone, si vivo, ádeo exornatúm dabo,
ádeo depexum, út, dum vivat, méminerit sempér mei.

SARTORES dicti non solum a sarciendo, verum etiam a sariendo. Plautus Captivis (661):

sartór satorque scélerum et messor máxume.

et in subsequentibus aperuit (662):

non óccatorem príus audebas dícere?
nam sémper occant príu' quam sariunt rústici. ||

Varro Vinalibus, περὶ ἀφροδισίων (564): 'etenim sic vide. utrum mercedem accipit is, qui meas venit segetis ut sariat, an ego ab illo? sic ego, cum tuus sim sartor, si tu plus laboras quam ego, do.'

NAVTEA est aqua de coriis vel, quod est verius, aqua de sentina: dicta a nautis. Plautus Curculione (99):

nam ómnium únguéntûm odór praé tuó naútea ést.

---

20—28 Dep.—rust.; 5—6 Naut.—naut.

---

**15** tibias *Mu.* || **16** commutari *Scal.* || **17** Deflaccare—flacco: *corr. Ald.*, *Carrio* || **19** perii (perit *L* $B^A$) flacco h.: perii, fusti (?) defloccabit *cod. Pl.*: p., flocco defloccabit *On.* || tam $L^1$ || **20** (Depexum dilaceratum *index marg. in* $B^A$ *et gl.*) || **20** (Terent.)—**22** *cf. 299.15* || **21** ego (*om.* ne) $D^A$ || **24** serendo: *corr. Ald.* || **25** sartor sartorque $L^1C^A$: sator sartorque (sator satorque) *codd. Pl.* || **1** afrodisio nec enim: *corr. Iun.* || **2** utrum a me mer. *Vahlen.* || **3** cum tussim s. *L* $B^A$: cunctus sim s. $C^A$: *corr. Acidalius* || **6** nauciis *L* $B^A$: navigiis *Mu.* (*ind. marg. in* $B^A$ nauteam a nautae) *fuerat in archetypo* naucis *corr.* -tis (t *supra scr.*).

idem Asinaria (895):

naúteam
bíbere malim, sí necesse sít, quam illam osculárier.

TRICAE sunt inpedimenta et inplicationes; et intricare inpedire, morari: dictae quasi tricae, quod pullos gallinaceos involvant et inpediant capilli pedibus inplicati.

Plautus Curculione (613):

quód argentum? quas tú mihi tricas nárras?

idem Epidico (152):

áliqua ope exsolvam, éxtricabor áliqua;

id est, ex inpedimentis liberabor. Lucilius [in]' Satyrarum lib. XI (25):

nec mihi amatore hoc opu' nec tricone vadato.

Turpilius Demiurgo (45):

iudícia, litis, túrbas, tricas, cóntiones máxumas.

Afranius Epistula (113):

ita íntricavit húius hanc rem témeritas.

Varro Gerontodidascalo (198): 'putas eos non citius tricas tellanas quam id extricaturos?' — [Plautus]

CAPERRARE est rugis frontem contrahere et asperare: tractum a caprorum frontibus crispis. Plautus Epidico (609): ||

quíd illud est quod illí caperrat fróns severitúdine?

---

9—14 Plautus naut.—narr.; 22 Afr. ita—tem.; 25—6 Cap.—optima.

---

10 necessum est *codd. Pl.* || osculari (*seq.* tr-) $C^A D^A$ || 11 intricenare (*corr.* $D^A H^3$ *ut via.*) || 12 τρίχες *Me.* || 14 quasi tu $L B^A$ || 16 extr. aliquam || 17 id est *Iun.*: inde || in *om.* $B^A$ || 18 amore $L B^A$ || 23 eos *edd.*: eo || 24 Atellanas *Ald.*: Tellenas *Turneb. Adv. XVII, 21*: tellanas *tuetur Nettleship* (*Iourn. Phil. XXIV, 225*) || *lacunam quattuor linearum sign.* $B^A$ || (Plautus *del.* $L^3$) (*vide ad 9.15*) || 26 (Pl.) — 27 *cf. 173.7.*

Varro Eumenidibus (134):

quin míhi caperratám tuam frontém, Strobile, omíttis?

EXAMVSSIM dicitur examinate ad regulam vel coagmentum: est enim amussis regula fabrorum, quam architecti, cum opus probant, rubrica inlinunt. Plautus Amphitryone (843):

. . . si véra haec loquitur, haéc amussim est óptima.

idem Milite (632):

ínest in hoc emússitata súa sibi ingenua índoles;

id est, examinata. idem [in] Menaechmis (50):

ut hánc rem vobis éxamussim dísputem.

Varro *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιίας* (555): ‘quare si diligens est ad amussim, per me licet adsumas *γενεθλιακόν*’. — idem Quaestionum Plautinarum lib. II: ‘amussis est aequamen, levamentum, id est aput fabros tabula quaedam, qua utuntur ad saxa coagmentata’. [Plautus]

MVTVS onomatopoeia est incertae vocis, quasi mugitus. nam mutus sonus est proprie, qui intellectum non habet.

Naevius Lycurgo (25):

dúcite
eó cum argutis línguis mutas quádrupedis.

---

25—6 Cap.— opt.; 10 idem ut—disp.; 14—15 amuss.— coagm.

---

2 qui in $C^A$: quid $D^A$ || ostendis $D^A$ || 3 -to *Havet* || vel coag. *om.* $D^A$ || 4—5 qua (quem) a. c. o. p. (*om.* ru. inl.) $D^A$ || 6 haec vera *codd. Pl.* || haec am.: examussim *Pl.* || 7—8 *cf. 456.35* || 9 i. in men. $L^1$ || 12 diu gens: *corr. Badius ap. Quich.*: dium (*Palmerius*) gens *Mu.* || es *Mu.* (?) || 13 *γεν. Bentley ad Ter. Hec. I, 2.88*: teno *αιακον* (*δια-*) || 15 utantur *L* || coagmentanda *Iun.* || Plautus (*seq.* mutus) *seclusi*: Plautus * * * *edd.*: Plautus (Mil. 664) leniorem dices quam mutum est mare *post* habet, *v. 17*, *inser.* (?) *Mu.* || 16 onomatopoeta *L* $C^A$ || 17 mutos sonus $L^1$: mutus sonus $B^A$: mutu sonus $C^A$: mu s. *Gothofred.*: muttus s. *conieci* (*Class. Rev. V, 10*), *sed vide Nettl. Iourn. Phil. XXIV, 226* || 19 cum *Ald.*: tum: *del. Havet.*

Accius Epinausimache (315):

item ád maestitiam mútam infantum quádrupedum.

DISPENNERE est expandere: tractum a pennis et volatu avium. Plautus Milite (1407):

úbi lubet: dispénnite hominem díversum et disténdite.

FOCVLA dicta sunt nutrimenta: unde et || foculare dicitur, ut fovere. Plautus Persa (104):

at edés; nam iam intus véntris fumant fócula.

BARDVM est vi propria [et] ingenio tardum. nam Graeci *βαρδεῖς* tardos dicebant. Homerus Iliados XXIII (530):

*βάρδισται μὲν γάρ οἵ ἔσαν καλλίτριχες ἵπποι,*
*ἥκιστος δ᾽ ἦν αὐτὸς ἐλαυνέμεν ἅρμ᾽ ἐν ἀγῶνι.*

Plautus Persa (169):

nimi' tándem me quidem pró barda et pro rústica reor
habitam ésse abs te.

INLEX et EXLEX est qui sine lege vivat. Plautus Persa (408):

inpúre, inhoneste, iniúre, inlex, labés popli.

Lucilius Satyrarum lib. II (2):

non dico. vincat licet et vagus exulet, erret
exlex.

---

22—1 Disp.—fovere; 3—4 Bard.—dic.; 10 Inl.—vivit.

---

21 item ac *Ad. Schoell.* || mutuam: *corr. ed. a. 1470* || infantium (*corr. Lugd.*[1]) || 22 tractu $D^A$ || 24 iubet $D^A$ || 1 ut *om.* $L^1$ || 2 ad aedes || 3 et *del. Quich.* (*vide Gloss. lat. V, 442.41; 562.50*) (bardum ingenio tardum *ind. marg. in* $B^A$) || 4 bardos tardos || 5 *βάρδιστοι codd. Hom.* || 8 me quidem *Pl.*: equidem (*praec.* m) || 10 quis s. $L^1$ || vivit $D^A$ || 11 (ini.—pop.) *cf. 447. 3* || lex $L^1$ || *Inter* inlex *et* labes popli *stant p. 11 vv. 12—15* (Tor.—app.) || 13 vivat *Mu.* || uacus $L\,C^A$.

10. 11 M.

Varro Sciamachia, περὶ τύφου (507):

postremo quaero: parebis legibus an non?
anne exlex solus vivis?

Lucilius lib. XXX (99):

accipiunt leges, populus quibu' legibus exlex.

Caecilius Harpazomene (59):

quid narras, barbaré cum indomitis móribus,
inlítterate? inléx es.

Sisenna lib. IV (113): 'armis, equis, conmeatibus nos magis iuverunt exleges: et minus honore dignos putabitis?' — M. Tullius pro Cluentio (94): 'non quo illi aut exlegem Sullam aut causam pecuniae publicae contemptam atque abiectam putarent'.

LVRCONES dicti sunt a lurchando; lurchare est cum aviditate cibum sumere. Lucilius Satyrarum lib. II (13): ‖

nam quid Moetino subiectoque huic opu' signo,
ut lurcaretur lardum et carnaria fartim
conficeret?

Pomponius Syris (169):

lápatium nullum útebatur; lárdum lurchabát lubens.

Plautus Persa (421):

perénniserve, lúrco, edax, furáx, fugax!

Lucilius Satyrarum lib. V (41):

vivite, lurcones, comedones; vivite, ventris.

---

27—28 Lurc.—sumere; 2—3 Lucilius ut—conf.

---

15 sciomacia ‖ 17 vives *Iun.*, *Havet.* (*Mél. Graux, p. 808*) ‖ 21 ind. cum *Ribb.* ‖ 22 hes $L^1$: hist (hi sunt) $C^A$ inlex. Sisenna Hist. *Mu. fort. recte* ‖ 25 Sullam *Cic.*: ullam ‖ 26 abtectam *L* ‖ putarent *Cic.*: putarunt ‖ 27 Lubraconis $L^1$: luracones *ind. marg. in* $B^A$ ‖ l. enim est $D^A$ ‖ lurc.—sumere *secl. On.* ‖ 1 subrectoque *Fr. Dousa* ‖ 2 fartim $F^3 C^A D^A$: parum $L^1$: fartim parum $B^A$ ‖ 5 nullus vescebatur *Gulielm.* ‖ 7 perennis herbae.

11 M.

Varro Eumenidibus (136):

contrá cum psalte Písia et cum Flóra lurcare ác strepis.

TORORVM et TORALIVM designator est Varro de Vita Populi Romani lib. I: ‘quod frontem lecticae struebant, ex ea herba torta torum appellatum. hoc quod inicitur etiamnunc toral dicitur; lecticam quî involvebant, segestria appellabant.’

CONCENTVRIARE est colligere, dictum a centuriis quae ad suffragia conveniebant. Plautus Pseudolo (572):

cum cóncenturio in córde sycophántias.

Terentius Phormione (229):

égo in insidiís ero
subcénturiatus, síquid deficiés . .

FINITORES dicebantur, quos nunc agrimensores dicimus: dicti quod finis dividerent. Plautus Poenulo (48):

eius núnc regiones, límites, confínia
detérminabo: eius rei égo sum factus fínitor.

PASSVM est proprie rugosum vel siccum. Plautus Sticho (369):

ín portum ventó secundo, vélo passo pérvenit;

---

12—14 Toral.—dic. (*totus locus in* $C^A$); 16—17 Conc.—conv.; 22—23 Finit.—divid.; 26 Pass.—sicc.

---

**11** ac s. *Gerlach.*: at s.: adstrepis *Ald.* || **12—15** *post 10.11* inlex: *huc transp. ed. a. 1476, sine ulla ratione (vide ‘Non. Marc.’ pp. 11. 94)* || **12** Tororum et *Mu.*: Torialim et: *om.* $D^A$ || torialium $LB^A$ || Toralium proprietatis des. *On.* || **13** quo *On.* || struerant *L* || quod fronde l. struebantur, ex eo h. *Mu.* || **14** torium *L* || **16** ad c. $L^1$ || **18** dum co. *codd. Pl.*: cus (*praec.* lo) ccenturio (*pro* c̄cent.) *L*: cui conc. $B^A$ || sycofantia est || **20** ero $F^3$: *om.* $LB^A$: hic ero *Ter.* || **23** dicti *secl. Mu.* || **25** ei rei *codd. Pl.* || fi. fa. s. *Muretus var. lect. XVII, 14*: finitor *tuetur Nettl.* || **26** (Plaut.)—**29** (inpl.) *fort. secludend.* (*cf.* ‘*Non. Marc.*’ *p. 11*).

11. 12 M.

id est, laxo et rugoso. unde et uva passa dicta est, quod sit rugis inplicata. Plautus Poenulo (312): ‖

síquidem es tu mecúm futurus pro úva passa pénsili.

Lucilius Satyrarum lib. XIX (1):

rugosi passique senes eadem omnia quaerunt.

EXSPES dicitur sine spe. Accius Eurysace (376):

ille órbus, exspes líberûm.

idem Medea (415):

éxul inter hóstis, expes, éxpers, desertús, vagus.

EXVLES dicuntur extra solum. Vergilius Georgicon lib. III (225):

longeque ignotis exulat oris.

et in consequentibus (228):

et stabula aspectans regnis excessit avitis.

VESTISPICI appellabantur vestium custodes servi, quod frequenti diligentia vestis inspiciant. Plautus Trinummo (251):

nox datur: ducitur familia tota;
vestispici, unctor, auri custos.

Afranius Vopisco (386):

novi non inscitulam
ancillulam vespere † et vestispicam.

---

4 Ex.—spe; 8 Ex.—sol.; 12—13 Vest.—inspiciant.

---

29 sit $B^A$: se $L^1$ ‖ 1 s. tu es *codd. Pl.*: siquid ea es tu ‖ pensilis *codd. Pl.* ‖ 2 XVIIII $F^3 B^A$: VIIII *L* ‖ 4—11 *fort. post 14. 19 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 11*) ‖ 5 orbis: (*corr. G*) ‖ 7 exuli i.: *corr. Iun.* ‖ 13 spiciant *Mu.* ‖ 15 vestispica *vel* vestiplice *codd. Pl.* ‖ 17—18 *fort. bacch. metr.* ‖ 17 inscituram: *corr. Gulielm.* ‖ vestrae erae hic vesti. *Ribb.* ‖ nóvi non inscítam ancillam véstrae erae et vestíspicam *Bue. post Roeper.*

Varro Pappo aut Indigena (384): 'nasturcium indigena nomine vides ideo dici quod nasum torqueat, ut vestispicam, quod vestem spiciat'.

SVPPILARE est involare vel rapere: a pilorum raptu; unde et furtum passi c o n p i l a r i dicuntur. Plautus Truculento (566):

haec cúm vídeo fíerí, suffúrór, subpíló,
de praéda praedam cápio.

Caecilius Nauclero (115):

. súbpilat vestem átque ornamenta ómnia. ||

Pomponius Sarcularia (162):

altér amat, potat, pródigit, patrém subpilat sémper.

AVSTRA proprie dicuntur rotarum cadi, ab auriendo; sicuti graece *ἀντλία.* Lucretius lib. V (516):

ut fluvios versare rotas atque austra videmus.

VETERINA animalia dicuntur omnia quae vehere quid possunt. Lucretius lib. V (865):

et genus omne quod est veterino semine partum.

idem (V, 890):

. forte ex homine et veterino semine equorum.

---

21—22 Supp.—dic.; 3 Haustra—auriendo; 6—7 Vet.—poss.

---

19. 20 Varro—vestispicam $F^3 B^A$: *om. L* || Indigena *Oehler.*: indige: Indice (?) *Me.* || indigeno nomine v. *Nettl.*: indige non invides: indigena, non v. *Oehler.* || ideo *Oehler.*: in eo || ut $F^3$: *om.* $B^A$ || 21 Supplicare $D^A$ (*non Paris. 7665*) || 22 compilati *Iun.* || 26 s. vestem (*vel* s. vestem, aurum) *On.*: subpilatum est eum: suppílatum est aurum (?) *Both.* || ormenta *L* || 2 alteram adportat: *corr. Gulielm.* || 3 radii *ed. a. 1470* (*sed cf. Munro ad Lucr.*) (austra rotarum modii *index marg.* $B^A$ *et gl.*) || 4 greceantlia $B^A$: gretaceant lia $F^3 L^1$: graece *τὰ ἀ. Stowasser* (*Woch. klass. Philol. V, 1541*) || 5 vidimus *L* || 8 partum *Lucr.*: parturiendi (*seq.* idem) || 10 torte homine vet.: ne forte ex homine et vet. *Lucr.* || equorum $F^3$: quorum $L B^A$.

13. 14 M.

CREPERA res proprie dicitur dubia: unde et crepusculum dicitur lux dubia et senes decrepiti dicti, in dubio vitae constituti; creperum bellum, anceps et dubium.

Lucretius lib. V (1296):

exaequataque sunt creperi certamina belli.

Accius Phoenissis (601):

. . quae ego cuncta ésse fluxa in meá re crepera cónperi.

idem Telepho (628):

nunc tu ín re crepera túa quid capias cónsili
vide.

Lucilius Satyrarum lib. V (6):

† sannunt solu' mihi in magno maerore,
tristitia in summa, crepera *re*, inventu' saluti's.

Pacuvius Duloreste (128):

nón vetet animum aégritudine ín re crepera cónfici.

Plautus in Asinaria (863):

quí quidem cum fílio
pótet una atque úna amicam dúctet decrepitús ‖ senex.

Varro Mysteriis (326):

prisca, hórrida
silént oracla crépera in nemoribús . .

AVERNVS lacus idcirco appellatus est, quia est odor eius avibus infestissimus. huius rei manifestator est Lucretius lib. VI (740):

---

11—13 Crep.—et dubium; 4—5 Av.—inf.

---

**12** lux *om.* $L^1$ ‖ **13** crep.—dub. *secl. Mu.* ‖ **16** quaé e. c. flúxa esse *Bue.* (*cf. Iourn. Phil. XXVI, 296*) ‖ **21** set nunc *Mu.*: *fort.* sicut nunc tu ‖ solis: *corr. Ian. Dousa ap. Scal. MS.* ‖ **22** summo ‖ re *add. Lachm. comm. Lucr. 67* ‖ **24** non decet *Scal. MS.* ‖ aegritudinem: -ne *ed. a. 1476* ‖ **27** potest unam a. unam ‖ ducit et *L*: ductitet $B^A$ ‖ **3** ora clam: *corr. Ald.* ‖ **5** rei *om. L* ‖ V.

principio, quod Averna vocantur nomine, id a re inpositum est, quia sunt avibus contraria cunctis.

unde et Vergilius lib. VI (201):

inde ubi venere ad fauces grave olentis Averni,
tollunt se celeris.

et postea in eo libro (239):

quam super haut ullae poterant inpune volantes
tendere iter pinnis. talis sese alitus atris
faucibus effundens supera ad convexa ferebat.

VITVLANTES veteres gaudentes dixerunt: dictum a bonae vitae commodo; sicuti qui nunc est in summa laetitia, v i v e r e eum dicimus. Naevius Lycurgo (29):

ut ín venatu vítulantis éx suis
locís nos mittant poénis decoratás feris.

EXTORRIS dicitur extra terram vel extra terminos.

Accius Eurysace (333):

núnc per terras vágus, extorris, régno exturbatús, mari.

Turpilius Lemniis (95):

néque durare póssunt;
ita húius insciéntia ac deméntia extorrém facit.

Sallustius in Iugurtino bello (14. 11): 'sicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem et coopertum miseriis || ecfecit'. — Vergilius Aen. lib. IV (616):

finibus extorris, conspectu avulsus Iuli.

ENODA significat explana; et quae sit proprietas, manifestum est, hoc est, nodis exsolve. Accius Eurysace (343):

. . tu autem quód quaero abs te enóda et qui sis éxplica.

---

15—17 Vit.—dic.; 20 Ext.—terminos; 3—4 Enoda—exsolve.

---

6 nomen $H^3$ *ut vid.* || **11** eodem *ed. a. 1480* || **19** lucis *Me.* || decoratus: *corr. Ribb.* || **24** possum *Scal. MS.*: possumus *Mu.* || **25** insolentia *Maehly* || **2** complexu *codd. Verg.* || **3** (Enodat, exponit, absolvit *index marg. in* $B^A$ *et* (-det) *gl.*) || et] ex $C^A D^A$ || **4** hoc — exs. *secl.* (?) *Mu.* || **5** abs te *om. L* || qui $F^3 B^A$: qua $L^1$.

15 M.

idem Alphesiboea (75):

quid tam óbscuridicum est támve inenodábile?

Enuius Telepho (289):

vérum quorum líberi letó dati
súnt in bello, nón lubenter haéc enodari aúdiunt.

Turpilius Demetrio (14):

ab ínitio, ut res sít gesta, enodá mihi.

Pacuvius Periboea (283):

gnato órdinem omnem, ut déderit, enodát pater.

M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (27): 'haec igitur nobis explicanda sunt; sed si enodatius, vos ignoscetis huius aetati'. — Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'neque ita ut in singulis rebus diutius moremur, ut dixi, atque enodare subtilius velimus'.

GRVMMVS dicitur agger: a congerie dictus. Accius Θenomao (506):

quemcúmque institeram grúmmum aut praecisúm iugum.

TORRVS dicitur fax: unde et torridare dicimus conburere. Accius Melanippo (439):

. . regina, érit tempus, cum hic tórrus, quem amburí vides.

idem Meleagro (451):

eúmpsum vitae fínem ac fati ínternecioném fore
Méleagro, ubi tórrus esset ínterfectus flámmeus. ||

---

20 Grummus — dictus; 22 Torr. — conb.

---

7 qui itam *L* (I *pro* T): quid itam $B^A$: (*corr.* $F^2$) || obscuri dicunt est: *corr. Me.* || 13. 14 periboe agnito $L^1$ || 14 pater $F^3$: patri $LB^A$ || 16 sint *L* || 17 ignoscetis cuius aetatis: ignoscetis; huius enim aetati . . servire debemus *Cic.* || 18 ut in $F^3 B^A$: *om. L* || 20 conierie $L^1$ || 24 régina, aderit témpus hic cum *Bue.* || 25 idem $F^3 B^A$: *om. L* || 26 eum suum (*pro* eumsum): *correxi*: eum suae *ed. a. 1470*: tum s. *Voss.* || ac fatis *Bue.*: aetatis *Mu.* || 27 maleagro $B^A$: male ago *L*: *corr. Me.* || ubi $F^3 B^A$: *om. L*: ubi ubi *Mu.*

EXPECTORARE est extra pectus eicere. Accius Phoenissis (594):

incúsant ultro; a fórtuna opibusque ómnibus
desértum, abiectum, afflíctum ex animo expéctorant.

idem Epigonis (301):

. . élóquere próprie ác pavórem húnc meum éxpéctorá.

Cicero de Oratore lib. III (218):

túm pavor sapiéntiam omnem mi éxanimato expéctorat.

EXTISPICES proprie aruspices dicti sunt, quod exta spiciant. Accius Medea (419):

princípio extispicum éx prodigiis cóngruens ars te árguit.

Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν (451): 'ait consulem mihi † pelum cedere: subsilio et hostias et extispicis disputanti relinquo'.

LACTARE est inducere vel mulgere, vellere, decipere.

Accius Medea (414):

nisi ut ástu ingenium língua laudem et díctis lactem lénibus.

Pacuvius Iliona (211):

ne pórro te error, quí nunc lactat, máceret.

Caecilius Hypobolimaeo Rastraria (91):

quód prolubium, quaé voluptas, quaé te lactat lárgitas?

Accius Alcimeone (66):

tanta út frustrando láctans, vanans prótrahas.

---

1 Exp.—eicere; 8—9 Ext.—spiciant; 13 Lact.—dec.

---

**3** exanimum *Nic. Faber ap. Dous.* || **4** epigono: *corr. Me.*: Erigona *Mu.* || **5** loquere *Bue.* || propere *Iun.* || pavore *L* || **7** o. s. *L* || **10** extispicium || **12** mihi sellam *Nettl.*: in templum *Bue.* || et hostia sed (*pro* set) || disputantis *Me.* || **18** (mulcere $H^2$) m. vel dec. *Mu.* (lactare fallere, decipere *index marg. in* $B^A$) || **19—20** *cf. 184. 1* (*s. v.* vanans) || **20** tantum *Voss.*: tenta *Bergk.*

16. 17 M.

Varro *Ὄνος λύρας* (350):

quibús suam deléctet ipse amúsiam
et áviditatem spéribus lactét suis.

Cicero Tusculanarum lib. IV (16): 'malivolentia laetans malo alieno, delectatio, iactatio et similia'.

SVCCVSSARE est susum frequenter excutere. Accius Philocteta (568):

ágite ac, vulnus neí succuset gréssus, caute ingrédimini.

Lucilius Satyrarum lib. III (33):

succusatoris, tardi taetrique caballi.

idem lib. XV (15):

Campanus sonipes succussor nullu' sequetur.

STRENA dicta est a strenuitate. Pomponius Pictoribus (114): ||

ádside, siquá ventura est ália strena strénuae.

ADVLATIO est blandimentum proprie canum: quod et ad homines tractum consuetudine est. M. Tullius de Deorum Natura lib. II (158): 'canum vero tam *fida custodia tamque amans dominorum adulatio*'. — *idem* de Officiis lib. I (91): 'cavendum est ne adsentatoribus patefaciamus auris neve adulari nos sinamus'. Lucretius (V, 1070):

gannitu vocis adulat.

---

26 Succ.—exc.; 32 Str.—str.; 2—3 Blandimentum—est.

---

**21—23** *cf. 171. 27* (*s. v.* sperem) || **22** delectet et ipse *codd. h. l.* || **25** lactans *docti* || d. lactatio *docti* || **26** -usa- $C^A D^A$ || **27** nei *Mu.*: nec || -uss- $B^A$ || **28—29** *cf. 86. 11* (*s. v.* caballus) || **28** III $F^3$: IIII $L B^A$: II *codd. 86* || **29** -uss- $B^A$ || tardi rarique *codd. h. l.*: taetri (tet.) tardique *codd. 86* || **1** strenuae *Passerat.*: strenae: strenue *Bentin.* || **2** Blandimentum (*om.* Adulatio est) $C^A D^A$: *a* bland. *nov. lemma L* (*cf.* $C^A D^A$) || **3** ad *om.* $C^A D^A$ || omnes $L^1$ || -dines $L^1$ || **4—5** *lacunam duarum linearum sign.* $B^A$: fida—idem *add. edd.* || **6—7** *cf. 450. 7* || **8** gannitu (cann.) *codd. 450*: cannit (*seq.* u) $B^A$: canit *L* || adulant *Lucr.*

Accius Prometheo (390):

sublime ávolans,
pinnáta cauda nóstrum adulat sánguinem.

MANDVCONES, qui manduci dicti sunt, et MANDONES, edaces. Pomponius Pictoribus (112):

magnús manduco's, cámillus cantérius.

Lucilius (inc. 163):

atque ómnes mandonúm gulae.

Varro Bimarco (53):

mágna uti treméscat Roma et mágnae mandonúm gulae.

SENICA significat senex. Pomponius Pictoribus (111):

páppus hicin Máedio habitat, séneca non sescúnciae?

idem Praecone Posteriore (131):

sét me exercet sénica nequam, néque illo quid faciám scio.

GRADARIVS est molli gradu et sine succussatura nitens. Lucilius Satyrarum lib. XIV (23):

ipse ecu' non formonsu', gradarius, optimu' vector.

Varro Modio (306):

an quí gradu tolútili,
temérius quam tu et mólliter vectús, cito
relínquat?

---

11—12 Mandacones — edaces; 18 Sen. — sen.; 22 Grad. — nit.

---

9 s. a. *Cic. Tusc. II, 23*: tui mei volans: tum av. *Mu.* || **11** qui — sunt *secl. On.*: qui et m. d. s. *edd.* || **13** manducus: *corr. Mu.* || casmillus *Quich.*: *fort.* camellus, *i. e.* cāmus *diminutive* || **17** uti *Meinek.*: ut || **19** hic cinaedus (?) *Mu.* || Maedio *scripsi*: medio: medicus *Ribb.* || sescuntiae $L^1$: -tia $B^A$ || **22** Cradurius $L^1$ || **24** victor || **27** te medius: *corr. On.* || tu et *On.*: tute.

17. 18 M.

EXDORSVARE, dorso nudare. Plautus Aulularia (398):

tu Machaério,
congrúm, murenam exdórsua, quantúm potest.

DELIRARE est de recto decedere. lira est autem fossa recta, quae contra agros tuendos ducitur || et in quam uligo terrae decurrat. Pomponius Prostibulo (157):

iámne abierunt? iám non tundunt? iámne ego in tutó satis?
númquis hic restitít qui nondum lábeas lirarít mihi?

id est, confoderit. Lucilius XXVI (22):

quápropter delíro et cupide offícium fungor úberum.

Plautus Amphitryone (727):

. . . delírat uxor.

CENTVRIATIM dictum est abundanter et copiose: a centuriis, quae suffragium in comitiis ferebant. Pomponius Prostibulo (153):

cóntinuo ad te cénturiatim cúrrent qui paném petent.

RVMEN dicitur locus in ventre quo cibus sumitur et unde redditur: unde et ruminare dicitur. Pomponius Prostibulo (152):

égo rumorem párvi facio, dúm sit, rumen quî ínpleam.

RVDVS, stercus, quod raditur. Lucilius Satyrarum lib. XI (5):

viai
sternendae iaciendum huc agerem et id genu' rudus.

---

29 Exd.—nud.; 32—1 Del.—decurr.; 8—9 Cent.—fer.; 11—12 Rum.—dic.; 14 Rud.—rad.

---

**29—31** *cf. 95.12; fort. secludend.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 11*) || **31** potes *B^A* (*cum codd. 95*) || **32** (Delirare a recto decidere *index marg. in B^A*) || **1** mugilo *L* || (decurrit *Bamb.*²) || **2** ego sum in *B^A* || **3** restitit *scripsi*: resistit: restat *Both.*: (num qui h.) restitat *Ribb.* || **4** li. XXVI *ed. a. 1476* || **5** cupide *edd.*: cupidi || fungo rub. *L*: fungor rub. *B^A* || ruderum *Iun.* || **6—7** *cf. 159.3* || **11** simitur *L* || **14** Raudus (?) *Mu.* || **15** vim: *corr. Me.* || **16** sternendae *Me.*: sternenda et || *i. e.* aggerem.

RVTRVM dictum est a radendo. Pomponius Pannuceatis (90):

sárculum hinc illó profectu's, íllim rediistí rutrum.

Lucilius Satyrarum lib. IX (68):

frumentarius est: modium hic secum atque rutellum
una adfert.

Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς (291): 'cui celer δι' ἑνὸς λήμματος λόγος, Antipatri Stoici filius, rutro caput displanat'.

NEBVLONES et TENEBRIONES dicti sunt, qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam et tenebras obiciant aut quibus ad fugam [fugitivis] et furta haec erant accommodata et utilia. Pomponius Pannuceatis (93):

quid dédi nebuloni, quém pertaesumst paúperem?

Lucilius Satyrarum lib. XIV (19):

Publiu' Pavu' mihi Tuditanus quaestor Hibera ||
in terra fuit, lucifugus, nebulo, id genu' sane.

idem lib. XX (9):

nugator cum idem ac nebulo sit maximu' multo.

Afranius Epistula (109):

huc vénit fugiens ténebrionem Tirrium.

---

17 Rut.—rad.; 24—27 Neb.—ut.

---

17 ruendo *Me.* (*cf. index marg. in* $B^A$ rudus a rudere a ruina a ruendo): rutando *Nettl.* || 18 illim $H^3$ ($H^2$?): illum *rell.* || 20 adque et ru.: et *del. ed. a. 1476* || 21 unam (*pro* uná, *i. e.* una *adverb.*) $B^A$: unum *L*: *corr. ed. a. 1476* || 22 celere *Roeper.* || 24 quia *L* || 25 obiciebant *Mu.* || 26 fugitivis *om.* $D^A$ || 27 et uilia $C^A$: *om.* $D^A$ || 28 pertesunt: pertesum *Ald.* || pauperum *Both.* || pertísumst esse paúperem *Ribb.* || 30 m. tubitanus $F^3$ (*cum G*): m. turbitanus *L* $B^A$ *ut vid.*: Tuditanus m. *Bouterwek. Quaest. Luc. 16* || 3 cum idem *Mu.*: cuidem || 5 tenebrione.

19 M.

Varro Papia Papae, περὶ ἐγκωμίων (377): 'si et accusator et reus erunt tenebriones uterque, utrumque vituperato'. quod Homerus confirmat Iliados III (10):

εὖτ' ὄρεος κορυφῇσι νότος κατέχευεν ὀμίχλην,
ποιμέσιν οὔτι φίλην, κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἄμεινον.

Varro Gerontodidascalo (195): 'Manius Curius consul, Capitolio cum dilectum haberet nec citatus in tribu civis respondisset, vendidit tenebrionem'.

TRVAM veteres a terendo, quam nos diminutive trullam dicimus, appellari voluerunt. Pomponius Pannuceatis (96):

múlier ubi aspéxit tam miríﬁce tutulatám truam.

Titinius Setina (127):

sapiéntia *gubernátor navem tórquet, non valéntia;*
cocu' mágnum aënum, quándo fervit, paúla confutát trua.

EVANNETVR dictum est ventiletur vel moveatur: a vannu, in qua legumina ventilantur. Pomponius Pannuceatis (91):

díxi ego illud futúrum. in prima válva est: vix haerét † misera.
évannetur! ét mea ocius ópera ut fiat fécero.

Lucilius Satyrarum lib. VII (17):

hunc molere, illam autem ut frumentum vannere lumbis.

idem lib. IX (70):

crisavit, ut si frumentum clunibu' vannat.

---

14—15 Truam—vol.; 20—21 Evann.—vent.

---

7 *post* ten. *distinx. alii* || 8—10 quod—ἄμ. *post* utilia *18. 26 colloc. Mu.* || quid *L* || 10 (κλ.—ἄμ.) *cf. 50. 14* || 12 in Cap. *Ald.* || delectum *Iun.* || 13 tenebronem || 16 truam *L*: trullam $B^A$ || 17—19 *cf. 503. 4* (*s. v.* fervit); *87. 11* (*s. v.* confutare); *249. 19*; *186. 26* (*s. v.* valentia) || 18 gub.—val. *om. codd. h. l.* || 19 magnus *L* || paulo *codd. h. l.* || 22 infirma *Bue.* || miser *Both.*: sera *Bue.* || 23 occlusa *Bue.* || 25 illa || lumbis *Me.*: tum vis || 27 cursavit: *corr. Iun.* (criss.)

Varro de Re Rustica (I, 52, 2): 'ut quod levissimum est in eo atque appellatur acus ac palea evannatur foras extra aream'.

VAFRVM est callidum et quasi valde Afrum et urbanum.

Pomponius Praecone Posteriore (139):

tergúm varium, linguám vafram.

M. Tullius de Republica lib. III (26): 'non sunt in disputando vafri, non veteratores, || non malitiosi'.

Afranius Divortio (47):

qui conére noctu clánculum
rus íre, dotem né repromittás vafer,
honéste ut latites ét nos ludas diútius.

PARTICVLONES dicti sunt coheredes, quod partes patrimonii sumant. Pomponius Praecone Posteriore (140):

áge modo, istic gárri; particulónes producám tibi.

CLEPERE est furari: tractum a κλοπῇ, verbo graeco.

Accius Epigonis (292):

eáque [ut] hoc causa, ut néquis nostra aúribus verbá cleperet.

Plautus Pseudolo (138):

rape, clepe, harpaga.

---

30 Vafr.—urb.; 4—5 Part.—sumant; 7 Clep.—gr.

---

28 I (lib. I) ut *edd.* || 29 ac palea *om. cod. Varr.* || evannuatur *cod. Varr.* || area || 34 afri *L* || 2 brusire: *corr. Gulielm.* || repromittat $F^3$ $B^A$: remittat *L*: *corr. Gulielm.*: retro mittas *Ribb.* || 3 non est *Mu.*: inhoneste *On.* || ludas $F^3$: laudas *L* $B^A$ || 6 stic || producantibus: *corr.* *Σ* || 7 a clopee $F^3$: a clope $L^1$: a clopoe $B^A$ $C^A$: a clopeo $D^A$ || v. g. *secl. Mu.* (clepere furari a graeco detortum clepse *index marg. in* $B^A$: depere furari a greco decorum clepse *gl.*) || 8 epigone: *corr. Me.*: Erigona *Mu. post Quich.* || 9 ut *del. Iun.*: ivi *Bue.*; *fort.* tu || aut neq. $B^A$ (*praec.* a) || ut néquis nostra vérba cleperet aúribus *Voss.* || 11 r. cl. tene h. *codd. Pl.*

M. Tullius de Republica lib. IV (3): 'non modo ut Spartae, «rápere ubi pueri et clépere discunt»'.

Pacuvius Hermiona (185):

sérmonem hic nostrum éx occulto clépsit, quantum intéllego.

Varro Octogesi (342):

séque ópifició nón probitér clépere . . .

CORPORARE est interficere et quasi corpus solum sine anima relinquere. Ennius Andromeda (101):

córpus contemplátur unde córporaret vúlnere.

Accius Stasiastis vel Tropaeo Liberi (604):

córporare abs térgo es ausus.

CIRCVS dicitur omnis ambitus vel goerus: cuius demminutivum est c i r c u l u s. Accius Andromeda (100):

quot lúna circos ánnuo in cursu ínstitit.

MEDICINAM dicimus et venenum: tractum a Graecis, qui venenum φάρμακον appellant. Accius Phinidis (579):

sé venenis stérilem esse illius ópera et medicina aútumans.

CERNVVS dicitur proprie inclinatus, quasi quod ‖ terram cernat. Lucilius Satyrarum lib. III (57):

cernuus extemplo plantas comvestit honestas.

Vergilius X lib. (894):

eiectoque incumbit cernuus armo.

---

18—19 Corp.—rel.; 23—24 Circ.—circulus; 29—1 Cern.—cern.

---

**12—13** *fort. post 15 collocand.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 83*) ‖ **15** culto *L*[1] ‖ clepit: *corr. Me.* ‖ **16—17** *cf. 510. 28* (*s. v.* probiter) ‖ **17** opifico *codd. h. l.*: opifice *codd. 510*: *corr. Popma* (*etiam H*[1] *ut vid.*) ‖ **21** Liberi *Scriver.*: libro I ‖ **25** circulos: *corr. Me.*: circlos *Osann.* (*male; cf. Class. Rev. VI, 87*) ‖ curso ‖ **26—27** tract.—ven. *om. L* ‖ **28** venis: *corr. Bue.* ‖ et *Me.*: st ‖ **3—4** *cf. 300. 27.*

Lucilius Satyrarum lib. XXVII (34):

mópdo sursum, modó deorsum, támquam collus cérnui.

Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'etiam pellis bubulas oleo perfusas percurrebant ibique cernuabant. a quo ille versus vetus est in carminibus:

«íbi pastores lúdos faciunt córiis Consuália.»' (inc. versic. 2.)

STRICTVRAE dicuntur proprie scintillae quae de ferro ferventi eunt: quod aut stricte emittantur, id est celeriter, aut quod oculos sui fulgore perstringant. Vergilius lib. VIII (420):

stricturae Chalybum, et fornacibus ignis anhelat.

Lucilius Satyrarum lib. III (29):

crebrae ut scintillae in stricturis, quod genus olim
ferventi ferro.

QVIRITARE est clamare: tractum ab îs qui Quirites invocant. Lucilius Satyrarum lib. VI (16):

haec, inquam, rudet e rostris atque heiulitabit,
concursans veluti angarius clareque quiritans.

Nigidius Commentariis Grammaticis (58): 'clamat, quiritatur'.

CARIES est vetustas vel putrilago: unde cariceum veteres dixerunt. Lucilius Satyrarum lib. VII (15):

ne auriculam obsidat caries ne vermiculique.

Turpilius Leucadia (104):

ei périi! viden ut ósculatur cáriem? num illum illaéc pudet?

---

11—13 Strict.—perstringant; 18—19 Quiritare—invoc.; 24—25 Car.—dix.

---

5—6 *cf. 200. 21* (*s. v.* collus, masc.) || **6** rursum $L^1$ || **8** perfusas *Ald.*: pertusas || **10** sibi (*praec.* s.) *L* || **13** oculis *L* || (suo *Bamb.*[2]): vi (?) *Mu.* || praest. *edd.* || **13** (Vergil.)—**14** *cf. 524. 2. fort. secludend.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 12*) || **22—23** cl. quiritatum: *corr. Turneb.*, *Scal.*: quiritat (*Oudendorp.*), clamat *Mu.* || **26** *fort.* vermiculi qui || **28** hei perii *Gulielm.*: ciperi || num hilum *Mu.*

21. 22 M.

Afranius Privigno (250):

nemo ílla vívit cárie curiósior.

VIROSAE mulieres dicuntur virorum adpetentes vel luxuriosae. Lucilius Satyrarum lib. VII (18):

dixi. ad principium venio. vetulam atque virosam
uxorem caedam potius quam castrem egomet me.

Afranius Divortio (61):

vigiláns ac sollers, sícca, sana, sóbria, ||
virósa non sum; et sí sim, non desúnt mihi
qui ultró dent: aetas íntegra est, formaé satis.

CAPRONAE dicuntur comae quae ante frontem sunt, quasi a capite pronae. Lucilius Satyrarum lib. VII (VI, 18):

iactari caput atque comas fluitare capronas,
altas, frontibus inmissas, ut mos fuit illis.

CEREBROSI dicuntur ad insaniam faciles, quibus frequenter cerebrum moveatur. Lucilius Satyrarum lib. XV (18):

te primum cum istis, insanum hominem et cerebrosum.

GLISCIT est congelascit et colligitur, vel crescit, vel ignescit. Turpilius Philopatro (191):

. . cum te sálvum video, ut vólui, gliscor gaúdio.

Accius Aeneadis (12):

† "disumma tibi perduellum est". "quorum aut quibus se
a partibus gliscunt?"

---

31—32 Vir.—lux.; 3—4 Capr.—pronae; 7—8 Cer.—mov.; 10—11 Glisc.—ign.

---

30 nemo illa $F^3 BA$: *om.* *L* || cari *L* || 1 sim *Stephan.*: sum || 4—5 lib. VII actari (*cf. Rhein. Mus. LVII, 203*) || fluitare *Iun.*: fruitare || 6 inmissas (imm.) $F^3 BA$: missas *L* || 9 privum *Mu.* || 10 concalescit *Mu.* || 14 dice summa (*Ribb.*; d. *del. Both.*) ubi (*Grotius*) p. est? quosum (*On.*, *Both.*) aut q. se (*del. Gulielm.*) a p. | gliscunt? (*troch. vel iamb.*): *fort.* 'de summatibus p. est'. 'quorum?' *etc.* (*anap. vel. troch.*).

Pacuvius Periboea (294):

séd nescioquidnam ést: animus mi horréscit et gliscit gaúdium.

Sallustius Histor. lib. III (56): 'neque iam sustineri poterat inmensum aucto mari et vento gliscente'.

Vergilius lib. XII (9):

hau secus accenso gliscit violentia Turno.

M. Tullius in Hortensio (74): 'ad iuvenilem lubidinem copia voluptatum, gliscit illa, ut ignis oleo'.

Plautus Asinaria (912):

témpus est subdúcere hinc me: púlcre hoc gliscit proélium.

PROSTOMIS dicitur ferrum quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus vel morsui inponitur, graece, *ἀπὸ τοῦ στόματος*. Lucilius Satyrarum lib. XV (17):

truleu' pro stomide huic ingens de naribu' pendet.

TRICONES, morosi et ad reddendum duri. Lucilius Satyrarum lib. XI (16):

Luciu' Cotta senex, Crassi pater huiu' Paceni,
magnu' fuit trico nummariu', solvere nulli
lentus;

id est, facilis.

SAGAE mulieres dicuntur feminae ad lubidinem ‖ virorum indagatrices; unde et sagaces canes dicuntur, ferarum vel animalium quaesitores. Lucilius Satyrarum lib. VII (6):

aetatem et faciem ut saga et bona conciliatrix.

---

24—26 Prost.—*στομ.*; 28 Tric.—duri; 1—3 Sag.—quaes.

---

**16** animus mi *On.*: animi ‖ et *del. edd.* ‖ s. néscio | Quíd nam est animi: et cór horr. et congliscit gaú. *Skutsch.* (*Berl. Phil. Woch. 1897, p. 846*) ‖ **24** Postomis: *correxi*: Stomis *Salmas.* ‖ **27** postomide: *corr. Salmas.* ‖ **29—32** *cf. 338. 10* (*s. v.* lentum, patiens, placidum) *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 12*) ‖ **30** Lucilius *L*: *om.* $B^{A}$ (*cum codd. 338*): *corr. Gulielm.* ‖ paceni *codd. h. l.*: pacem (m *pro* ni) *codd. 338*: Paconi *Nettl.*: panaethi *Mu. post Iun.* ‖ **33** id est fac. *del.* (?) *Mu.* ‖ **1** feminarum *Quich.* ‖ **2** et *om.* $L^1$.

23 M.

Turpilius Boethuntibus (8):

nón ago hoc per ságam pretio cónductam, ut vulgó solent.

LAPIT significat obdurefacit et lapidem facit. Pacuvius Periboea (276):

lapít cor cura, aerúmna corpus cónficit.

MOENES aput veteres dicebantur non a largitia, *quae* ignota erat, sed consentientes ad id quod amici velint. Pacuvius Duloreste (160):

animum quae *tum* * * *

*Sallustius Iugurtae bello* (103, 6): '*nam etiam*tum largitio multis ignota erat: munificus nemo putabatur nisi pariter volens'. — Lucilius lib. XXVI (63):

múnifici comésque amicis nóstris videamúr viri.

PETVLANTIA dicta est a petendo. M. Tullius de Republica lib. IV (6): 'itaque a petendo petulantia; a procando, id est poscendo, procacitas nominata est'.

PROCACITAS a procando vel poscendo: unde et proci dicti sunt matrimoniorum petitores. M. Tullius de Republica lib. IV (6): 'a procando, id est poscendo, procacitas nominata est'. Terentius Hecyra (159):

malígna multo et mágí' procax facta ílico est.

---

7 Lap.—lap: facit; 16 Pet.—pet.; 19—20 Proc.—pet.

---

**6** solunt $L^1$ ‖ **9** non a *ed. a. 1476*: nonam (*pro* non á) ‖ largitia $F^3$ (*cum* $G^1$): largiatia *L BA* ‖ **10** ign. erat: *del. Me.*: quae ign. erat *ed. a. 1476* ‖ id quae x (*sic*) *L*: id quae *BA*: *corr. Nettl.*: ea quae *edd. Credo illud* quae *e priore versu omissum in hunc e margine irrepsisse* ‖ **11** tum *supplevi* ‖ **12** *suppl. Me.* ‖ **13** neme *L* ‖ **14** pariter *Sall.*: rariter ‖ **16—18** *cf. v. 20* ‖ **18** procando *Bentin.*: precando $F^3$ *BA*: petendo *L CA DA* (Procacitas a precando *index marg. in BA*) ‖ **19** a precando (praec.) ‖ **21—22** *cf. v. 16* ‖ **21** a precando (praec.) ‖ *post* nom. est *stant verba* procacitas a praecando (prec.) *quae in marg. archetypi stetisse videntur.*

Livius Aegistho (13):

quin, quód parere vos *mihi* maiestás mea
procát, toleratis témploque hanc dedúcitis?

CALENDARVM vocabulum proprium Varro conplexus est de Vita Populi Romani lib. I: 'itaque calendis calabantur, id est vocabantur; et ab eo calendae appellatae, quod est tractum a Graecis, qui *καλεῖν* vocare dixerunt'.

CONSVLVM et PRAETORVM proprietas, quod consulant et praeeant populis, auctoritate Varronis ostenditur, de Vita Populi Romani lib. II: 'quod idem dicebantur consules et praetores; quod praeirent populo, praetores; quod consulerent senatui, consules'.

IGNOMINIA est nominis nota. M. Tullius de Republica lib. IV (6): 'censoris iudicium nihil fere damnato obfert nisi ruborem. itaque, ut omnis ea iudicatio versatur tantummodo in nomine, animadversio illa ignominia dicta est'. Lucilius lib. XXIX (21):

Apóllost numen, quí te antiquis nón sinet
delíciis maculam atque ígnominiam inpónere.

FIDEI proprietatem exemplo manifestavit M. Tullius de Republica lib. IV (7): 'fides enim nomen ipsum mihi videtur habere, cum fit quod dicitur'.

PORTITORES dicuntur telonearii, qui portum obsidentes omnia sciscitantur, ut ex eo vectigal accipiant. M. Tullius de Republica lib. IV (7): 'nolo enim eundem populum imperatorem et portitorem esse terrarum. optimum autem

---

27—1 Cal.—auct.; 5 Ign.—nota; 11 Fid.—man.; 14—15 Port.—acc.

---

25 mihi *add. Ribb.* || 28—29 calebantur $D^A$ || 2 quod *del. Mu.* || 4 senatum *Popma* (*cf. Varro. L. L. V*, *80* consul nominatus qui consuleret populum et senatum) || 6—7 ferre d. obferent $L^1$: ferre d. (*om.* obf.) $B^A$: *corr. Scal. MS* || 9 apolost nomen || 11 exemplum $L\,C^A\,D^A$: exemplo $B^A$ || 15 sciscitentur $L$: scitentur (ci.) *corr.* sciscitentur $B^A$ *ut vid.* || et ex eo: (*corr.* $F^2$).

24. 25 M.

et in privatis familiis et in republica vectigal duco esse parsimoniam'. — Plautus Menaechmis (117):

portitorem domum duxi: ita mihi
necesse est eloqui, quidquid egi atque ago.

M. Tullius de Officiis *I* (150): 'primum inprobantur ii quaestus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut feneratorum'. — Terentius Phormione (149):

sed epístulam ab eo adlátam esse audiví modo
et ad pórtitores ésse delatam.

Plautus Asinaria (159):

égo pol istum pórtitorem prívabo portório.

Vergilius lib. VI (326):

portitor ille Charon.

Varro Mysteriis (329): 'aes defraudasse || coponem, bovam luto oblevisse, cum portitore serram duxe'.

SEDITIONIS proprietas a M. Tullio manifestata est in lib. de Republica VI (1): 'eaque dissensio civium, quod seorsum eunt alii ad alios, seditio dicitur'.

HAMIOTAS, piscatores, ab hamis Varro Bimarco voluit appellari (55):

chortís cocorum atque hámiotarum aúcupumque . .

VALGVM est proprie intortum. Novius Militibus Pometinensibus (60):

. valgus, veternósus, genibus mágnis, talis túrgidis.

VATAX et VARICOSVS, pedibus vitiosis. Lucilius lib. XXVIII (54):

---

3 Sed. propr.; 6 Ham.—ham.; 8 Valg.—int.; 10 Vat.—vit.

---

19 dixit ita || 21 I *addidi* (*seq.* primum): *fort.* lib. I *vel* primo libro || 25 portitorem || 2 obbam *Cuiac.*: buam *Nettl.* || obplevisse *Mu.* || cum *Gronov.*: tum || 4 dissensio *Serv. Danielis ad Aen. I, 149*: dissensione || 5 ab aliis *Clericus* || 7 cohó. tot coc. *On.* || 9 ventriosus *Bue.* || 10 Vatrax et vatricosus || (vitiosus *Lugd. Bamb.*[2]).

ut si progeniem antiquam, qua est Maximu' Quintus,
qua varicosu', vatax.

CATAX dicitur quem nunc coxonem vocant. Lucilius Satyrarum lib. II (18):

Hostiliu' contra
pestem permitiemque catax quam et Maniu' nobis.

SILONES superciliis prominentibus dicti, significatione manifesta. Varro *Γνῶθι Σεαυτόν* (207):

nónne nanum scríbunt esse, grándibus supércilîs,
sílonem, quadrátum?

quod Silenus hirsutis superciliis fingeretur.

BRONCI sunt producto ore et dentibus prominentibus. Lucilius Satyrarum lib. III (8):

broncu' Bovillanus dente adverso eminulo hic est,
rinoceros.

COMPERNES dicuntur longis pedibus. Lucilius Satyrarum lib. XVII (1):

num censes *καλλιπλόκαμον, καλλίσφυρον* illam ||
non licitum esse uterum atque etiam inguina tangere mammis?
conpernem aut varam fuisse Amphitryonis *ἄκοιτιν*
Alcmenam, atque alias? Ledam ipsam denique nolo
dicere: tute vide atque disyllabon elige quodvis.

---

13 Cat.—voc.; 17—18 Sil.—man.; 22 Bronci—prom.; 26 Comp.—ped.

---

12 vacax qua var. vatax: vacax *del. edd.* || 13 caxonem $C^A$ $D^A$ || 15 hostilibus: *corr. Gerlach., Mu. ad loc. Lucil.*: hostibimus *Palmer. Hermath. XXII, 406* || 16 *cf. 218. 32* (*s. v.* permities) || Manlius *codd. utrobique*: *corr. Mu. ad loc. Lucil.* || 19 nanum *On.*: non unum || 22 Pronci $C^A$ $D^A$ || 24 Bovillanus *Turneb.*: novit lanus || hoc est *Fr. Dousa* || 26 Comperni $C^A$ (-nis *Lugd. cum* $L^1$) $D^A$ || 27 XVII *L* (*cum codd. 26. 7*): XVI $B^A$ || 28 num c. *Scal.*: nunc c. || ullam *Scal.* || 1 atque *Iun.*: aquae || 2 *cf. v. 8* || 3 Ledam *edd.*: lenam $F^3$ $B^A$: menam $L^1$: Heram *On.*

26 M.

*Τυρῶ* eupatereiam aliquam rem insignem habuisse,
verrucam, naevum dictum, dentem eminulum unum?

VARI dicuntur obtortis plantis. Lucilius Satyrarum lib. XVII (5):

conpernem aut varam fuisse Amphitryonis ἄκοιτιν?

nam et v a r i c e s inde dicuntur venae in suris inflexae vel obtortae. Varro epistula ad Varronem: 'nam si tuam redam non habuissem, haberem varices'.

LINGVLACAE dicuntur verbosi. Varro Papia Papae, *περὶ ἐγκωμίων* (381): 'quare residit. lingulacae, optrectatores tui, iam nunc murmurantes dicunt:

*«μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μειμήσεται.»*'

RABVLAE, litigiosi: a rabie dicti. Varro Papia Papae, *περὶ ἐγκωμίων* (379): 'ille ales gallus, qui suscitabat aetherearum Musarum scriptores? an hic qui gregem rabularum?'

EBVLLIRE est ecfervescere: a bullis dictum. Cicero Tusculanarum lib. III (42): 'qui si virtutis ebullire volent et sapientias, nihil aliud dicent nisi eam vim qua efficiantur eae voluptates, quas supra dixi.'

RAPONES a rapiendo dicti. Varro Papia Papae, *περὶ ἐγκωμίων* (378): 'praetor vester eripuit mihi pecuniam. de ea questum ad annum veniam ad novum magistratum, cum hic rapo umbram quoque spei devorasset?' ||

---

7 Vari—plantis; 12 Ling.—verbosi; 16 Rabulae—dicti; 19 Eb.—dic.; 23 Rap.—dic.

---

**5** *Τυρῶ Iun.*: *ριν*: *Κούρην Marx* (*Zeitschr. oest. Gymn. XLIX, 1091*) || **6** nevum $F^3 B^A$: ne unum *L* || pictum *Iun.* || eminalum *L* || **8** *cf. v. 2* || **10—11** *cf. 167. 20* (*s. v.* reda) || quodsi t. heri r. *codd. 167* || **10** ad Neronem *Popma* || **11** var. hab. *codd. 167* || **13** resides *Me.*: sedati (?) *Bue.* || **17** ales $F^3 B^A$: ale *L* || **17—18** aitharum: *corr. On.*: Atticarum *Popma* || **18** qui *Popma*: quia || **19** dicere *L* || **21—22** viam qua efficiantur eae *codd. Cic.*: vim quae fiant ureae (ureae $L^1$, ūrae $B^A$: ūrae hae $F^3$) || **25** de eo *Quich.* || **26** devorassit (?) *Vahlen.*

STRABONES sunt strambi quos nunc dicimus. Varro Flaxtabulis, *περὶ ἐπαρχιῶν* (176): 'multi enim, qui limina intrarunt integris oculis, strabones sunt facti: habet quiddam enim *ἑλκυστικὸν* provincialis formonsula uxor.' — Lucilius lib. XXVII (8):

núlli me invidére, non strabónem fieri saépius
déliciis me istórum.

EXTERMINATVM est praeter terminos missum. Lucilius lib. XXIX (73):

neí rediret ád se atque illam extérminaret míseriam.

M. Tullius de Officiis lib. III (32): 'atque hoc omne genus pestiferum atque inpium ex hominum communitate exterminandum est'.

EXODIVM est finis: a graeco tractum, quasi *ἔξω τῆς ὁδοῦ*, id est extra viam. Varro *'Εκατόμβη, περὶ θυσιῶν* (99): 'Socrates cum in vinculis publicis esset et iam bibisset *κώνειον*, in exodio vitae'. — idem *Ἕως Πότε, περὶ ὡρῶν* (174): 'vitae cursum ut cognoscere possem et quae servitutis et libertatis ab origine ad exodium adducta'. — [e]idem *Ταφῇ Μενίππου* (520): 'quod coeperas modo in via narrare, ut ad exodium ducas'.

PVTVS est dictus a putando. Plautus Pseudolo (989):

púrus putus est ípsus.

Varro *'Εκατόμβη, περὶ θυσιῶν* (98):

mea igitur hécatombe pura ác puta.

---

1 Strab.—dic.; 7 Ext.—miss.; 12—13 Exodium—viam; 19 Potus—potando.

---

2 flaxabulis ‖ 7 (Exterminari quasi praeter terminos minari *index marg. in* $B^A$) ‖ 9 ni *L*: ne $B^A$ (n̄, *i. e.* non, *G*) ‖ utque (?) *Mu.* ‖ exterminare: *corr. ed. princ.* ‖ miseram: *corr.* *Σ*: miserulam (?) *Guietus* ‖ 15 in exodium *L* ‖ 17 et quae] aeque *Oehler.* ‖ 18 adducta. eidem $F^3$: adductae. idem *rell.* ‖ (narra *G*): narrare, enarra *On. post Quich.* ‖ quod coéperas modo ín etc. *Koch. exercit. crit. Bonnae 1851 ed. p. 31* ‖ 19 Potus *L* $C^A$ $D^A$: Putus $F^3$ $B^A$: Purus Pu. *Havet* ‖ potando $L^1$ $C^A$ $D^A$ ‖ 22 hac *L.*

idem Prometheo (432): 'Chrysosandalos locat sibi amiculam de lacte et cera Tarentina, quam apes Milesiae coegerint ex omnibus floribus libantes, sine osse et nervis, sine pelle, sine pilis, puram putam, proceram, candidam, teneram, formosam'. nam et rationes ea causa putari dictae sunt, quotiens ex his fraudis aut falsi aut mendacii aut iniqui aliquid separatur. et ipsum namque, dubitantes cum dicimus puto, significamus nos in rebus incertis et || obscuris falsis opinionibus nos fieri ambiguosos.

COMPEDES non a pedibus dictae, sed ab inpedimento.

Varro Prometheo Libero (423):

ego infelix nón queam
vim própulsare atque ínimicum Orco inmíttere?
nequeíquam saepe aerátas manuis cónpedes
conór revellere.

idem Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν (180): 'domo exeo, intro, et pedes corrigiis conpedio'. — idem Parmenone (385):

lepúsculi timéntis hoc quadrángulum
dedít Diana réte nexile, árcyas,
viscúm fugai líneamque cómpedam.

idem Sesqueulixe (473): 'quocumque ire vellemus, obvius flare. ubi corpori aerinas conpedes inpositas video'.

---

2 Comp.—imp.

---

23 locat $F^3 B^A$: vocat *L* || 24 tarentina $F^3 B^A$: tarentin *L*: Terentina *On.* || Galesiae *Roeper.* || 26 puram *edd.*: curam || 1 nos *del. Iun.* || 2 dictet $L^1$: dicta $C^A D^A$ || 5 inm. *om. L* || 6 nequemquam s. a. manus: *corr. Lachm. in Lucr. p. 141* || 8 domum ex eo *Mu.* || 9—12 *cf. 451. 21* (*s. v.* viscum pro rete) || 10 timentes *codd. h. l.* || 11 *fort.* Dianai (*trisyllab., ut semper in dat. casu*) || archias *codd. h. l.*: ata (ara, bra) *codd. 451* || 12 fugam *codd. h. l.*: fuge *codd. 451*: *corr. Me.* || 13 ulixe quocumque *om. L* || quocumque $F^3$: quocum $B^A$ || 14 aerias *Oehler.*

FVLGORA dicuntur coruscationes: a fulgore. Varro περὶ κεραυνοῦ (412): 'cognitio enim trium, fulgetrae, tonitrûm, fulguris, a fulmine orta'.

COAGVLVM a coagendo, quod est colligendo. Varro Est Modus Matulae, περὶ μέθης (111):

vinó nihil iucúndius quisquám bibit:
hoc aégritudinem ád medendam invénerunt,
hoc hílaritatis dúlce seminárium,
hoc cóntinet coágulum convívia.

MVLIEROSI dicti mulierum adpetentes. Afranius Vopisco (371):

homo múlierosus cónfert me ílico alio . .

FLAGRIONES dicti servi, quod flagris subiecti sint, ut verberones a verberibus. Afranius Vopisco (391):

tu flagrionibus *privigno* * * *

*EDVLIA* . . *Afranius* Privigno (258):

iucúnditatis plús inest in té mihi
quam cónmercatis cónquisitae edúlibus.

MERENDA dicitur cibus post meridiem qui datur.

Afranius Fratriis (183):

ínterim meréndam occurro ‖ ad cénam. cum vení, iuvat.

---

15 Fulg.—fulg.; 18 Coag.—coll.; 24 Mul.—adp.; 26—27 Flagr.—verberibus; 32 Mer.—datur.

---

**16** fulgetrae *Me.*: fulget et (*seq.* t) ‖ **17** *vel* tonitruum: tonitrui *Me.* (*melius*—truis) ‖ **18** est *om.* $L^1 C^A D^A$ ‖ colligando *On.*, *sed cf. Thesaur. Glossarum*, (*Corp. Gloss. Lat. VI*) *ed. Goetz.* (*s. v.* cogo) ‖ **19—20** μέθης, vino *Iun.*: *MCOH* cui non *L*: *MCH* cui non $B^A$ ‖ vivit: *corr. Iun.* ‖ **25** c. al. me il. *Quich.*: al. c. me il. *Both.*: conferet me (*vel* se) al. il. *Ribb.*: | confércit se il. al. *Leo Anal. Pl. II, 8* ‖ **28** privigno *addidi* ‖ **29** Ed. *add. Me.*, Afran. *Iun.* ‖ **30** iugum ditatis *L* ‖ **31** quam in c. *Ribb.*[1] ‖ conquisite *Ribb.* ‖ **34** merendae *On.*: ad mer. *Mu.* ‖ accurro *Lips.* ‖ ad cenam *om. L.*

29 M.

PEDETEMTIM et PEDEPRESSIM dictum est caute, quasi lenta et tarda itione. M. Tullius de Officiis lib. I (120): 'sin minus, sensim erit pedetemtimque faciendum'.

Lucilius lib. XXVII (35):

ílle contra omnia ínter plures, sénsim et pedetemtím foris,
néquem laedat.

Quadrigarius Annalibus (92): 'exercitu instructo pedetemtim milites ducere coepit'. — Caelius Annali VI (57): 'ipse cum cetera copia pedetemtim sequitur'.

CALCES a calcando, quod est nitendo, dictae sunt, non a calcitrando; nam et de omnibus pedibus et de hominum et universorum animantium dici potest. nam sunt calces extrema pars pedum, terrae proxima. Vergilius lib. V (324):

ecce volat calcemque terit iam calce Diores.

idem sexto libro (X. 892):

tollit se arrectum quadrupes et calcibus auras
verberat.

SVBLIGACLVM est quo pudendae partes corporis teguntur: dictum quod subtus ligetur. M. Tullius de Officiis lib. I (129): 'scenicorum quidem mos tantam habet vetere disciplina verecundiam, ut in scenam sine subligaclo prodeat nemo'.

MEDIOCRITATEM medium dici voluit M. Tullius de Officiis lib. I (130): 'eadem ratio est habenda vestitus, in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est'.

---

1—2 Pedet.—it.; 9—12 Calc.—prox.; 17—18 Subl.—lig ; 21 Med.—vol.

---

**3** -da *Cic.* || **4** p. it (*add. Mu.*) foras (*Bouterwek.*) || **7—8** Annal. VI *Spengel.*: a navi: Annalium * * * *Mu.* || **9** dicta est *Mu.* || **10** et hom. *Mu.* || **11** (nam) —**16** *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.' p. 13*) || **12—13** *cf. 415. 2; 257. 50* || **13** volans *codd. h. l.* || diorus $F^3$ || **15** (t. s. a. q.) *cf. 406. 34* || **18** lib. I *om. L* (scen. *pro* iscen., *i. e.* I scen.) || **19** tantum *L* || **20** in sc. $B^A$: sc. (*pro* isc.) *L* || **21** Mediocritas medium dici: *corr. Quich.*: (Mediocritas medium est. sic dici $F^1$, *non* $F^3$) || **22** potio e. h. vestibus.

Lucilius lib. XXVII (37):

paúlo hoc melius quám mediocre; hoc mínu' malum quam ut péssumum.

Terentius Andria (59):

et tamen ómnia haec medíocriter.

Cicero Tusculanarum lib. III (74): 'at hae mihi adferentur mediocritates. quae si naturales sunt, quid opus est consolatione? ||

MODESTIAM a modo dictam M. Tullius auctor est de Officiis lib. I (142): 'non hanc quam interpretamur modestiam; quo in verbo modus inest'.

ANTES sunt quadraturae: unde et antae dictae sunt quadrae columnae. Vergilius Georgicorum lib. II (417):

iam canit effectos extremus vinitor antes.

CAMERVM, obtortum: unde et camerae, tecta in curvitatem formata. Vergilius Georgicorum lib. III (55):

et cameris hirtae sub cornibus aures.

INMVNE dicitur sine officio, sine munere. Vergilius Georgicorum lib. IV (244):

inmunisque sedens aliena ad pabula fucus.

M. Tullius Philippicarum lib. I (3): 'num immunitates datae?'

DIRVM est triste, infestum, et quasi deorum ira missum.

---

1 Mod.—dic.; 4—5 Ant.—col.; 7—8 Camerum—formata; 10 Inm.—mun.; 14 Dir.—inmissum.

---

**24** homelius *L* || ut *del. Mu.* || pessimum *ed. princ.*: opes summum || **25—26** A. et t. $F^3$ (*cum codd. Ter.*): Andrias et t. *L*: Andria sed t. $B^A$ || **2** nam hanc *L* || **3** in vero || **10—13** *fort. post v. 21 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 13*) || **14** est quasi *L* || d. inmissum (imm.): *corr. index marg. in* $B^A$ *et gl.* (ī *scriptum esse credo pro* ira *in archetypo*).

30. 31 M.

Vergilius Georgicorum lib. III (468):

priusquam
dira per incautum serpant contagia vulgus.

et Aeneidos lib. IV (473):

ultricesque sedent in limine Dirae.

M. Tullius de Senectute (65): 'intellegi potest ex his fratribus, qui in Adelphis sunt. quanta in altero diritas, in altero comitas!'

EXORDIVM est initium: unde et vestis o r d i r i dicitur, cum instituitur detexenda. Vergilius Aeneidos lib. IV (283):

quonam reginam ambire furentem
audeat adfatu? quae prima exordia sumat?

M. Tullius in Hortensio (28): 'perge, quaeso; nec enim imperite exorsus es'. — Lucilius lib. XXIX (81):

vérum tristis cóntorto aliquo ex Pácuviano exórdio.

Cicero Timaeo (2): 'difficillimum autem est in omni conquisitione rationis exordium'. — Varro Ὄνος λύρας (354):

qui fábularum cónlocant exórdia.

INOPS dicitur sine ope et auxilio. Vergilius lib. VIII (100):

res inopis Euandrus habebat.

et Georgicorum || lib. I (186):

atque inopi metuens formica senectae.

---

22—23 Ex.—detex.; 32 Inops—aux.

---

19 cultricesque *L* || lumine *L* || 21—22 (in a. d.) *cf. 100. 22* || 23 intexuitur *ut vid.* $C^A$ (intexuitur *Bamb.*, investuitur *Lugd.*, intexetur *Paris. 7666* || 23—25 (adf.) *cf. 242. 15* || 27 imperate *L* || 28 virum: *corr. Me.*: utrum *Iun.* || 29 diff. $F^3$ $H^3$: dit ficillimum $L^1$: dicit facillimum $B^A$ || 32—2 lib. VIII et georg. lib. I a. i. m. f. senectutem lib. VIII r. i. e. h. $L^1$ || *fort. 1—2 secludend.*

Terentius Adelphis (155):

ferte mísero atque innocénti auxilium;
súbvenite inopi.

M. Tullius de Officiis lib. II (69): 'nimirum enim inops ille, [et]si bonus est vir, etiamsi referre gratiam non potest, habere certe potest'.

DEFRVDARE significat fructum minuere vel per fraudem aliquid exquirere. Terentius in Phormione (44):

suúm defraudans génium conpersít miser.

Plautus in Asinaria (94):

ten égo defraudem, cuí ipsi nil est ín manu,
nisi quíd tu porro uxórem defraudáveris?

SVDVM dictum est quasi semiudum, ut est aer post pluvias serenus et liquidus. Vergilius lib. VIII (528):

arma inter nubes caeli regione serena
per sudum rutilare vident.

Plautus Milite (2):

quam solis radii olim, cum sudumst, solent.

Lucilius lib. XXIX (102):

nec ventorum flamina flando suda secundent.

INRITARE dictum est proprie provocare: tractum a canibus, qui cum provocantur i n r i u n t. Lucilius Satyrarum lib. I (32):

inritata canes quam homo quam planiu' dicit.

---

9—10 Defr.—exq.; 15—16 Sud.—liq.; 23—24 Irr.—inriunt.

---

**5** subveniente *L* ‖ **6** III: (*corr. H*[3] *mg.*?) ‖ **7** et *om. Cic.* ‖ **9—14** *post v. 22 collocand. videntur* ‖ **10—11** *cf 117. 24; 5 5. 5* ‖ **11** conpersit *codd. 525*: confersit *L*: conspersit *B*[A] (*cum codd. 117*): consparsit *H*[3] ‖ **12—13** in As. ten ego *om. L* ‖ **13** defraude ‖ **14** tum (*pro* tú) ‖ **15** sine udo *Guietus* ‖ **20** quam *Pl.*: cum radit *L* ‖ r. esse o. *Pl.* ‖ sol et ‖ **22** *vel anapaest.* ‖ **23** Irr. *edd.* (*cum B*[A]) ‖ provocate *L*[1] ‖ **24** irr. *edd.* (*cum B*[A]): inruunt *D*[A] ‖ **25** canes *Charis. 100; 118*: cane.

31. 32 M.

Terentius Phormione (932):

.... inríto.

Vergilius lib. X (644):

irritatque virum telis et voce lacessit.

Sallustius Historiae lib. I (67): 'tunc vero Etrusci cum ceteris eiusdem causae, ducem se nactos rati, maximo gaudio bellum inritare'. Lucilius lib. XXVIII (19):

Lucíli, si in amóre inritarít suo.

Plautus Amphitryone (707):

irritabis crabrones.

Varro Sesqueulixe (460):

omnes irritans ventos omnesque procellas.

ABLEGARE est proprie alio mittere: dictum || a legatis, qui cum legationibus mittuntur. Terentius Hecyra (414):

aliquó mihi
est áblegandus, dúm parit Philúmena.

ARCANVM dicitur secretum vel absconditum, quod quae in arcis sunt celata sunt et abscondita. Vergilius Aeneidos lib. IV (421):

solam nam perfidus ille
te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.

et Aeneidos lib. I (262):

longius et volvens fatorum arcana movebo.

TORMINES, genus morbi, dicti quod dolore torqueat. Cicero Tusculanarum lib. II (45): 'quamvis idem forti-

---

1—2 Ablegare—mittuntur; 5—6 Arcanum—abscondita; 11 Torm.—torq.

---

27 -tor *Ter.* || 30 Etrusci *Me.*: et posci || 31 ceteri: (*corr.* *P*[1]) || nactus: *corr. Me.* || 32 lib. *om. L* || 33 inritaris tuo *Mu.* || 4 est | hinc abl. *codd. Ter.* || 6 caelato *L*[1] || sint et *Quich.* || 6—8 (col.) *cf. 250. 26* || 8 te collet ego lere arc. *L*[1] || 9 Aen. *secl. Mu.* || 11 Tormina *Quich.* || torqueant $B^A$.

ISTITUTO DI FILOLOGIA MEDIOEVALE E UMANISTICA FACOLTÀ DI MAGISTERO Università di Bologna

culum se in torminibus et in stranguria sua praebeat'. — et IV (27): 'itaque dicimus gravidinosos quosdam, torminosos'.

MONVMENTI proprietatem a monendo M. Tullius exprimendam putavit ad Caesarem Epistula II (7): 'sed ego, quae monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor. ad memoriam magis spectare debet posteritatis quam ad praesentis temporis gratiam'. Vergilius lib. V (571):

quem candida Dido
esse sui dederat monumentum et pignus amoris.

RIVALES dicti sunt quasi in unum amorem derivantes.

Terentius in Eunucho (353):

milés Thraso,
Phaédriae rivális.

GESTIRE significat laetum esse: dictum a gesticulis facilioribus. Terentius Eunucho (558):

Chaérea, quid est quód sic gestis? aút quid hic sibi vestítus quaerit?

Vergilius Georgicorum lib. I (387):

et studio incassum videas gestire lavandi.

INVOLARE est inruere, insilire: aut a volatu aut a vola, id est media manu, dictum. Terentius Eunucho (648):

ut ego únguibus facile ílli in oculos ínvolem . . . . ‖

Lucilius lib. XXX (101):

inde canino ricto oculisque
involem.

---

15 Mon.—mon.; 22 Riv.—diriv.; 26—27 Gest.—facil.; 31—32 Inv.—dic.

---

**13—14** *cf. 115. 16* ‖ **14** quosdam, quosdam *edd.* ‖ terminosos $L^1$ ‖ **16** Epistularum *Mu.* ‖ **21** esse viderat *L* ‖ **27** agilioribus (?) *Mu.* ‖ **28** quidve (quid *vel* aut quid) sibi hic *codd. Ter.* ‖ **29—30** *cf. 317. 9* ‖ **2** rito: ritu *ed. princ.*